3 Delectationes quæ ex acquisitione Veritatis oriuntq ubi ostendo
x Veritatem hujq rei, qd nimirum maxime omnium nos afficiant.

Atq dum sic in hoc negotio totq fui incidi in summam delectationem
Denique homines videntq in hoc Vita capaces esse quæ nimirum ex ac-
quisitione Veritatis oritq quamq maximam quam unquam habui exper-
tq; Et illi hoc facile concedent, qui magnam cognitionem adepti Verita-
tum quæ magni momenti; imprimis illi qui eousq progressi ut simi-
lia per se ipsos acquirere sibi valeant, hi enim absq dubio re ipsa cognove-
runt quantam hoc in ipsis delectationem causaverit si nova invente-
vel Theoremata nova quæ singulares proprietates includunt et admo-
dum utilia existunt per se ipsos detexerunt; Adeo ut cum ordinarie qui
homines abducere student à nimio usu sensualium delectationum
id successu rarum felici præstant, hi econtra facillime, in respectu de-
lectationum quas hinc perceperunt, maximas Vulgi delectationes pro
nihilo reputarint, e vero omnium externorum quasi obliti vixerint
ac à Victu, somno ac omnibq alijs quoq quæ præcipue homines volup-
tatum nomine appellitant, facile abstinuerint, ut modo libere acquisiti-
oni Veritatis vacare possent imo scio qui in tali statu et ejusmodi quali-
tatibq dotati, ut ipsis e difficile fuisset, ea acquirere ut honores, divi-
tijs et delicijs hujq mundi, quasi diffluissent, facile hic et longo tempore
penitq renunciarint ob id solum quia prævidebant ea ipsis impedimen-
to fore quo minq in Veritatis acquisitione prout insperant progre-
di valerent, nec mirum qui enim majores delectationes re ipsa gu-
stavit facile relinquit minores; Hic autem nullo modo fieri potest qd nu-

2 Quod hæ delectationes nunquam nos decipiant, seu in tristitiam convertantq prout priores.
+ si Veritatem nobis acquiramq ob solam delectationem quam nobis illa conciliat quia Errores omnes [illegible] omittantq ab [illegible] qd nos [illegible]

quam decipiamur prout hoc admodum proclive in omnibq antecedenti-
bq delectationibq, veluti ex eo clarum; qd ~~ex veris~~ ~~nih~~ nil nisi verum
sequatq, et hinc omnia quæ saltem à talibq derivata necessario quoq indu-
bitate Veritates existant, nec deinde hic cogitandum qd similibq obser-
vatis possibile erit ut sententiam semel statutam unquam mutare coacti
eximus, aut qd alij in seculis futuris aliquid huic ~~[illegible]~~ contrarium de-
tegat nam verum e potest fieri unquam falsum, qd vel ex Mathemati-
cis disciplinis ~~clarum~~ patet Dum enim hoc solum ibi observatum fuit, ut om-
nia non ex probabilibq, sed ex ^(infallibilibq) ~~aliquo veris~~ quæ omnibq manifesta deducere conati
fuere, hinc factum, ut Theoremata extant jam ante duo millia annorum
inventa quæ licet primo intuitu incredibilia videntq, attamen tam certa su-
nt ut dum nullo potuerint convelli ~~nec~~ ^(aut) unquam [illegible] ea falsa esse [illegible]

SLUB
Wir führen Wissen.
GÖRLITZER SAMMLUNGEN
OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK